

xit, & commissum delictum ad conquirenda frumenta homines, & terra solus, deiecit. In alimento concessio naturam status expressit Deus. Perseuerante innocencia dantur fructus arborum, vt ex conditione innocencia ad superna eleuet oculos. Post peccatum verò assignatur fructus terre; ac si peccati pondere oppressus, ad alta non valeat erigi, sed ad ima, ac inferiora ruat.

Secundò. D. Ambrosius lib. 8 in Lucam cap. 18. *Nome, ait, tibi videtur tanquam molam asinariam veluere quandiu in imperitia sua errore versatur, scilicet homo, aperta mentis cecitate suffusus, vt vultum animi erigere ad Deum, & oculos cordis aperire non nouerit? & ideo sine ulla alacritate, vestigijs in se sepe redeuntibus inuisus vsui laborat alieno.* Cur non alio pondere submergitur, sed mola asinaria? Vt ibi conditio peccatoris similibus iumento, molam versanti, exprimat. Iumentum hoc operis oculis agitur, & in eisdem vestigijs semper circumuoluitur: ita & peccator, tanquam insipiens iumentum, à sua libidine agitur, suaque turpitudine obsecutus semper suis vitis insilens circumuoluitur, in illisque ex vno in aliud se precipitat.

Tertio. D. Petrus Chryzologus serm. 27. inquit: *Bene ergo illi, sicut alibi, dixit, vt mola asinaria colligetur collo eius, & inde sumat pœnam, unde sumpsit & sensum; & exequetur iumentis insipientibus, qui noluit hominibus, superna sapientibus, comparari.* Peccator, tanquam iumentum, collo alligatur ad molam, vt demergatur. Sed cur potius collo, quam manu, vel pede altringitur? Per guttur hauritur gustus, inde & ibi pœna infligitur. Vbi enim peccator dulcedinem suatum voluptatum inuenit, ibi & simul sibi pœnam comparat. *Et inde sumat pœnam, unde sumpsit sensum.*

Quarto. Idem D. Chryzologus. *Quare non lapis, sed lapis molaris? Quia lapis molaris, dum triticum terit, dum farinam fundit, à polline sursum dunt fecerit, panem pie laborantibus subministrat. Bene ergo illi, qui elegit minister scandalis magis esse, quam pacis, ad collum lapis alligatur molaris: vt hoc illum ad mortem trahat, quod illum trahere debuisset ad vitam.* Lapis molaris, dum girat, à nobili farina sursum dunt fecerit: bene ergo scandalizatori lapis molaris alligatur ad collum. Siquidem degens in hoc saeculo, in quo erat farina probitatis, & futurus iniquitatis, neglecta probitate elegit malitiam; satis congruè mola illi suspenditur, vt pro sua magna miseria inde habeat mortem, unde reportare poterat vitam.

Quinto. D. Ambrosius citato lib. 8. in Lucam, cap. 18. Expedit ei, vt mola asinaria suspendatur in collo eius: *Plus enim, ait, proficit ad reprimenda peccata, inaudiui generis, ac deformis belluina quaedam pompa supplicij.* Cur in scandalizatore non aliam pœnam minatur Dominus? Vel, cur gehennæ flammam ei non obicit? Cur molam asinariam collo suspensam opponit? Hæc pœna valde infamis reputabatur, vt pote iumentorum, ac brutorum propria, indeque specialiter Christus illam commemorat ad reprimenda scandala. Infamia nota maximum horrorem ingerit; grauius enim ingenitos viros à quolibet facinore deterret, ac continet, ne tanquam degeneres habeantur. Nulla autem maior infamia, quam omnia humana conditione, tanquam bellua reputari.

Ob magna peccata, multasque idololatriæ abominaciones, obque sancta prophanata, ac conculcata, grauius minatus est Deus supplicia Babylonico populo, vt sic forte respiciens, à delictis suis retrahatur, dicens: *Descende, sede in puluere, Virgo filia Babylon, sede in terra: non est solum filia Chaldaeorum, quia ultra non vocaberis mollis, & tenera. Tolle molam, & mole farinam.* Isaia. 47. n. 1. Mandatur filia Babylonis, vt suum decorem deponat, descendatque à regali folio, & in puluere sedeat; ac inde adiungitur, vt mola alligetur, hoc que illi assignatur tanquam omnium miseriarum compendium. Nonne erat maior calamitas, quod in montem abiret, filiosque suos interfectos videret? Hoc tamen omisso, mola alligatio apponitur, & nulla maior miseria, quam quod reiecta humana conditione, ferulem, ac infamem brutorum resumeret. D. Cyrillus Alexandrinus *Volens, nolens, ait, seruitutis miseriam subibis: molas farinam, apparebis nuda? Retegetur ignominia tua, apparebunt dedecora tua.* Sicque Sanfon pro magno opprobrio comprehensus ab aduersarijs hoc supplicio afficitur, vt ad molam alligatus triticum tereret. Iudic. 16. num. 21. Vide tom. 3. cap. 9. n. 107.

Ob magna peccata, multasque idololatriæ abominaciones, obque sancta prophanata, ac conculcata, grauius minatus est Deus supplicia Babylonico populo, vt sic forte respiciens, à delictis suis retrahatur, dicens: *Descende, sede in puluere, Virgo filia Babylon, sede in terra: non est solum filia Chaldaeorum, quia ultra non vocaberis mollis, & tenera. Tolle molam, & mole farinam.* Isaia. 47. n. 1. Mandatur filia Babylonis, vt suum decorem deponat, descendatque à regali folio, & in puluere sedeat; ac inde adiungitur, vt mola alligetur, hoc que illi assignatur tanquam omnium miseriarum compendium. Nonne erat maior calamitas, quod in montem abiret, filiosque suos interfectos videret? Hoc tamen omisso, mola alligatio apponitur, & nulla maior miseria, quam quod reiecta humana conditione, ferulem, ac infamem brutorum resumeret. D. Cyrillus Alexandrinus *Volens, nolens, ait, seruitutis miseriam subibis: molas farinam, apparebis nuda? Retegetur ignominia tua, apparebunt dedecora tua.* Sicque Sanfon pro magno opprobrio comprehensus ab aduersarijs hoc supplicio afficitur, vt ad molam alligatus triticum tereret. Iudic. 16. num. 21. Vide tom. 3. cap. 9. n. 107.

nico populo, vt sic forte respiciens, à delictis suis retrahatur, dicens: *Descende, sede in puluere, Virgo filia Babylon, sede in terra: non est solum filia Chaldaeorum, quia ultra non vocaberis mollis, & tenera. Tolle molam, & mole farinam.* Isaia. 47. n. 1. Mandatur filia Babylonis, vt suum decorem deponat, descendatque à regali folio, & in puluere sedeat; ac inde adiungitur, vt mola alligetur, hoc que illi assignatur tanquam omnium miseriarum compendium. Nonne erat maior calamitas, quod in montem abiret, filiosque suos interfectos videret? Hoc tamen omisso, mola alligatio apponitur, & nulla maior miseria, quam quod reiecta humana conditione, ferulem, ac infamem brutorum resumeret. D. Cyrillus Alexandrinus *Volens, nolens, ait, seruitutis miseriam subibis: molas farinam, apparebis nuda? Retegetur ignominia tua, apparebunt dedecora tua.* Sicque Sanfon pro magno opprobrio comprehensus ab aduersarijs hoc supplicio afficitur, vt ad molam alligatus triticum tereret. Iudic. 16. num. 21. Vide tom. 3. cap. 9. n. 107.

Matthæi 18. Vx mundo à scandalis: necesse est enim, vt veniant scandala: veruntamen vx homini illi, per quem scandalum venit.

VERSIONES.

Varablus. Eurhymius. Vx mundo ab offendiculis: necesse est enim, vt veniant offendicula: veruntamen vx homini illi, per quem offendiculum venit.
Arabicus. Syriacus. Vx mundo per scandala. Necesse est venire scandala.

ALTER TEXTVS.

Lucæ 17. n. 1. Et ait ad Discipulos suos: Impossibile est, vt non veniant scandala: vx autem illi, per quem veniunt.

EXPOSITIO V.

CCASIONE superiotis sententiæ pertractat Diuinus Magister de scandalo, vt peste valde nocua, quo instruat omnes, tam bonos, quam malos, vt sollicitè fugiant, & dare, & pati scandala: boni, ne à sua bonitate decidant; mali verò, ne in peius ruant. Datur autem scandalum, seu offendiculum ambitione, malo exemplo, deprauato verbo, ac doctrina, persecutione, & irrisione iustorum. Hi autem rei sunt Gehennæ. Scandalizantur autem, & offendicula patiuntur, qui aliorum iniqua exempla, ac prauos mores verbo, & facto sequuntur: & hi, tanquam iniquorum sequaces, æternaliter perierunt. *Vx mundo à scandalis.* Deplorat Dominus miseram mundi conditionem, cum plenus sit hominibus iniquis, qui suas cupiditates sectantur. Per mundum intelligit amatores

amatores mundi, & eos, qui sunt in mundo, vt explicat D. Hilarius, D. Chryzostomus, Euthymius, Theophylactus: Mundani enim quauis occasione, ac scandali, & periculi vmbra mouentur, ac rapiuntur ad malum.

Necesse est enim, vt veniant scandala. Necesse dicit, non absolute, sed supposita hominum peruersitate, vt indicant Origenes, D. Hieronymus, D. Chryzostomus, Beda, Euthymius, D. Thomas, & alij. Sicut Paulus dixit 1. Corinth. 11. num. 19. *Oportet, hereses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant.* Sic eodem modo considerata humana malitia, ac pronitate, instigante Dæmone, oportet, seu necesse est, vt sint scandala, seu offendicula ab Hæreticis, superbis, & iniquis hominibus, vt manifestentur sancti, & humiles viri. *Veniuntamen vx homini illi, per quem scandalum venit.* Illud vx magnum supplicium Gehennæ denuntiat scandalizatoribus, cum tantum crimen libere, ac voluntate sua perpetrent. *Homini illi.* D. Hilarius, D. Remigius, D. Paschasius, D. Hieron. hominem hunc putant Iudam, qui proditorum crimine sui sanctissimi Magistri summum scandalum, in toto Orbe dedit. Tamen sententia hæc est generalis, quæ omnibus scandala dantibus æternæ condemnationis vx prænnuntiat.

QUESTIO XII.

Quare ex visa Discipulorum ambitione, totius Orbis conditionem deslet Dominus?

87. **Q**UAM inter Apostolos, adhuc rudes, quædam de primatu ambitiosa contentio pullulasset, *Quis maior esset in regno calororum?* Respondens Dominus largam de eradicanda ambitione, scandaloque vitando habuit concionem; & tandem desletens miseram Orbis conditionem exclamans ait: *Vx mundo à scandalis!* Quæ consequentia ex illa Discipulorum ambitione tenui ad totius mundi lamentum desleat? *Quænam, Domine, facinora vides, quæ tuis, ac vniuerso mundo extemam ruinam pertimescere faciant, ingemiscis enim super vniuersum Orbem? Vx mundo à scandalis?*

Respondet ad quæstionem D. Paschasius lib. 8. in Matth. *Contra Apostolos, ait, id dictum intelligi potest, qui interrogando, Quis maior esset in regno calororum, videbantur de dignitate inter se contendere. Et si in hoc vitio permansissent, poterant procul dubio eos, quos ad fidem vocabant, suo scandalo perdere: dum viderent eos adhuc in fide infirmos inter se de honore pugnare.* De contentione Apostolorum totius Orbis interitum lachrymatur Dominus, *Vx mundo à scandalis.* Illud enim *Vx,* quandam vniuersalem ruinam prænnuntiat, vt dixi in expositione. Cur tanta iactura ex paucorum contentione timetur? Erat enim huiusmodi concertatio pro honoribus obtinendis in Apostolicis viris; in quibus res est adeo periculosa, vt inde vniuersis iactura imminere videatur. *Et si in hoc vitio permansissent, poterant procul dubio eos, quos ad fidem vocabant, suo scandalo perdere.* Er ideo tantis est Dominus ab exordio Euangelij vsque modo per varios discursus exhortans ad humilitatem, ac ad vitandum scandalum, vt sic à suo collegio talis eradicata repellatur contentio, ne illa fortè totus inficiatur, ac deperdatur Orbis.

Veniit vir Dei, ad Heli, prænnuntians destructionem domus suæ. Et ait illi. *Hoc erit tibi signum, quod venturum est duobus filiis tuis Ophni, & Phinees, in die vno morientur ambo,* 1. Reg. 2. num. 34. In Ægypto pro suis magnis delictis in vnaquaque familia vnus tantum moriebatur primogenitus: Cur familia Heli acerbius pœna infligitur, vt vna die duo filij occumbant? In Ægypto regnabat Idololatria, rebellio, ac obstinatio contra Dei mandatu; & tamen vnus primogeniti morte in vnaquaque familia Dominus est contentus; at verò filij Heli erant sacerdotes, multa ambitione adusti; bona enim sacrificantium sibi auferebant, eod. cap. 2. num. 12. &c. Deus autem nouo regimine Samuelis disponebat, rempublicam à prauis moribus restaurare, ac reformare. Moriantur ambo filij Heli vna die, nam si vno mortuo alius superstes existeret, ambitionis pestis, in illo vigens, totum regnum, ac orbem inficeret, & deperderet: occumbant ambo simul, vt destructis vitis cuncta redintegrentur, ac virtutes floreat. D. Gregorius Magnus supra citatum cap. 2. Reg. Vna die morientur ambo. *Hoc, ait, itaque de officio suscepti culmini, temporalem felicitatem amantes, audiant, & reatus sui magnitudinem pertimescant: quia, dum in pretextu mundana lætitia mortem ebibunt, potus sui pestem ad sequentium se multitudinem transmittunt, Preme verbum potus sui pestem.* Qui in Ecclesiastico culmine de suo fastigio elationem, ac ambitionem ebibunt, pestem effundunt, quæ alios valeat inficere, ac enecare.

Magna contentione contra Aaron, & Moysen furrexerunt Core, Dathan, & Abiron pro sacerdotali dignitate ambienda; in quos nouo, & inuitato modo diuina vltio defuxit. *Dirupta est terra sub pedibus eorum; & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum, descenderuntque vni in infernum operi humo.* Numer. 16. num. 32. Cur viui tam præcipiti lapsu ab inferno absorbentur? Cur non more omnium creaturarum moriuntur super terram? Caut omnium Auctor, ne illorum pestifera ambitionis contagium orbem totum inficeret, ac contaminaret; & ideo disposuit, vt viui à gehenna deglutirentur. D. Ambrosius Epist. 82. *Ingemens terra, ait, in medio plebis scanditur, aperitur in profundum sinus, abripiuntur noxy, & ita ab omnibus mundi huius ablegantur elementis, vt nec æterem hauriant, nec calum visu, nec mare tactu, nec terram contaminaret sepulchro.* Et pro magis confirmanda hæc nostra assertione expende, quod terra deuorauit illos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum. Absorbuntur cum filiis, vxotibus, ac cuncta familia. *Et vniuersa substantia,* hoc est, vt transfertur ex Hebraico, *cum omni re sua:* ne quid ex tanta peste superesset, quod totum coinquinaret, ac corrumpet orbem.

QUESTIO XIII.

Quare Dominus luget scandala mundi, & ab ipso illa non remouet?

RE scandala hic præcipue intelliguntur persecutiones, vexaciones, ac afflictiones iniquorum contra iustos, vt dixi in expositione. Hæc autem scandala dicit Dominus necessaria, supposita hominum deprauatione, vt iam est explicatum.

80. Ambros. Peccator tanquam iumentum obsecutus in suis vitis circumuoluitur.
81. Chryzost. Peccatori ubi est gustus eius, ibi est pœna.
82. Chryzost. Magna miseria, inde quis habere mortem, unde poterat habere vitam.
83. Ambros. Infamia nota maximum horrorem ingerit; grauius enim ingenitos viros à quolibet facinore deterret, ac continet, ne tanquam degeneres habeantur. Nulla autem maior infamia, quam omnia humana conditione, tanquam bellua reputari.
84.

Isaia 47. Infamia nota ingens supplicium, vt terrent.
Cyril. Alcx. Iudic. 18.

89. 1. Reg. 2. Ambitio in Ecclesiastico, pestis est, quæ alios enecat. 90. Numer. 16. Ambitio, vbi pestis, totum orbem coinquinat. Ambros. Hebræus. 91.

plicatum. Cur verò hæc scandala non remouet? inquit quæstio præsens.

Respondet primò Theophylactus. Quid oportet lachrymari, ubi opus est succurrere, & manum porrigere? Dicimus igitur, quòd & ipsum lugere, quædam inuandæ species est. Sæpe enim quibus admonitio nostra non profuit, illis profumus, dum eos lugemus, quo sensum mali sui accipiant. Dum Dominus lamentatur super hominum scandala, ac contentiones, maximè illis subuenit; nam lachrymæ profusa à tanto Domino maximè inferunt, vt quilibet nostrum respiciat, ac reiectis scandalis modestè, & pie sine ambitione viuat.

Secundò. D. Chrysofomus homil. 60. quæstionem sic excitat, & resouit. Quamobrem ipse scandala non eicit? inquit. Et cuius rei gratia, tollenda erant? an propter eos, qui detrimento afficiuntur? sed non inde, qui detrimentum patiuntur, pereunt, sed desidia, & ignauia sua: quod virtutis cultores verum esse ostendunt, qui non modo nullam à scandalis iniuriam patiuntur, sed plurimum etiam lucrantur. Pro magno bono Dominus hæc permittit esse scandala, quibus nullus perit, nisi ex ignauia sua; iustus autem illis multum proficit, & lucratur, dum in patientia, humilitate, ac charitate erga Deum se exercet. Quod clarius constabit ex sequenti ratione.

Tertio, & pulchrè Origenes tract. 5. in Matth. Nec putes, ait, secundum naturam, vel substantiam esse huiusmodi scandala: sed libertas arbitrii in quibusdam genuit scandalum, nolens suscipere pro virtute laborem (alte recogita sequentia verba) non potest autem esse verum bonum, nisi habeat impugnationem mali. Pro cuius rei argumento attente præfata Domini verba, ait. Necessè est, vt veniant scandala: non enim dixit (sensum moralem prosequor) huiusmodi impugnationes esse vitales, sed necessarias, vt iustitiæ, ac virtutis regnum in hominibus firmetur, quod aliquando in summa prosperitate, ac tranquillitate collapsum inuenitur. Scandalum iustorum, persecutio ac boni impugnatione, mala est in se; bonitas tamen impugnatione defœcatur, humanorumque affectuum incrementa despumat, & ad valde purum excrefcit; qui verò à malo impugnationem non patitur, in lubrico degit, & aliquando, vt deses, prolabitur, & ad iniquorum castra deflectit.

Quòd grauius, & erudite confirmat D. Chrysofomus citata homil. 60. in Matth. Quod si vis à primo statim homine id considera, nam si, cum breui tempore, nec die fortasse integra, in paradiso deliciarum vixerit, ad tantum prauitatis deuenit, vt equalitatem Dei falsa cogitatione sperauerit, & seductorem huius beneficii auctorem opinatus, vnum præceptum seruare non potuit: quid ille non fecisset, si longissimo in tranquillitate illa tempore vixisset? Summa prosperitate, tranquillitate, ac subiectione potentiarum, ac omnium rerum, nec fortè per vnum diem stetit primus homo, quin falsa præsumptione cogitaret, se esse æqualem Deo; indeque turpiter deliquit, ac totum genus suum fœdauit. Quid verò ille non perpetraret, si prosperitas illa per longas moras traheretur. Postea autem à paradiso expulsus, appetitum, ac inimicorum inuisibilem conflictu multa vigilantia pugnant, magna penitentia respiciat, & viuus, magnisque virtutibus exornatur, ac tandem regnum caeleste promeretur.

Israëlita ante transitum maris rubri Deum adorantes reuerentur, Exod. 4. num. 3. Vnde digna-

ti sunt, vt eorum clamor à Deo exaudiretur; Exod. 3. num. 9. At verò post transitum maris in turpissimam idololatriam vitium prolapsi sunt, vt vitulum adorarent. Fecit eis vitulum conflatum, dixeruntque: Hi sunt Diij tui, Israel. Exod. 32. num. 4. Cur, qui ante erant Dei cultores, modo idololatriæ facti ipsum contempnunt; cum potius ex mirabili maris diuisione, re nunquam antea visa, Diuinam maximè deberent reuereri maiestatem? Ante transitum maris habebant Israëlita Egyptios sui aduersarios, quorum oppugnatione, tanquam fortes milites vigilantes, in timore Dei se continebant: at transacto mari viderunt Egyptios in littore demortuos Exod. 14. num. 31. Cum se tunc agnouissent in summa tranquillitate, ac prosperitate, suffocatis suis aduersariis, & iam nullum timerent, qui eis bellum posset inferre; inde maxime naufragantur, ac in omne vitium præcipites ruunt. D. Hieronymus Pelusota lib. 2. Epist. 74. Postquam, ait, Egyptij defuncti sunt, eosque mare pro sepulchro habere conspexerunt Iudæi, tunc verò ad idololorum cultum se conuerterunt. Nam cum mare transissent, nec periculi quicquam subiissent; ubi terram attigerunt, naufragium pertulerunt.

Matth. 18. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proiice abs te: bonum tibi est, ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.

Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te: bonum tibi est, cum vno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

VERSIONES.

Syriacus. n. 8. Si verò manus tua, aut pes tuus offendiculo tibi fuerit, amputa eum.

Arius. Pulchrum est tibi, ad vitam ingredi debilem.

Vatablus. Melius est tibi, ad vitam ingredi claudum, aut mutilum.

S. Chromatius. Quòd si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & Epist. Conc. 1. proiice abs te, expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus eat in gehennam.

ALTER TEXTVS.

Marci 9. n. 44. Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum: bonum est

est tibi, claudum introire in vitam æternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis.

cedere per ea, quæ sacerdotes demonstrant, quos deuitate oportet, si, vt membra putrida, scandalum Ecclesiæ facti fuerint.

Secundò. D. Chrysofomus homil. 60. Non ait hæc de membris dicta sunt: sed de amicis, ac necessariis, quos quasi membra nobis coniunctos ducimus: nihil ita perniciosum, ac pestiferum est, vt consuetudo prauorum hominum, & conuersatio. Per manus, ac pedes intelligit Dominus amicos, & consanguineos, vt etiam docent Theophylactus, Euthymius, D. Paschasius, Albertus Magnus, & alij, his enim tanquam nostris membris actiones vtimur; nam, vt ait D. Thomas, homo homini necessarius ad operandum, ad supportandum, ad docendum, ac alia. Sic ait D. Hieronymus. Si quis est tibi coniunctus, vt manus, pes, oculus, & est vitium, atque sollicitus, & acutus ad perspiciendum scandalum autem tibi facit, & propter dissonantiam marum te pertrahit in gehennam; melius est, vt & propinquitate eius, & emolumentis carnalibus careas, &c.

Bene notat Caietanus, Quòd, non caput, nec ambas manus, amboque pedes: sen oculos euellendos censuit Dominus: vt significaret, quod possibiles, ac tolerabiles abdicaciones præcipit. Duos oculos, manus, ac pedes habemus: vnus oculus, pes, & manus, sunt amici, ac consanguinei; alter verò oculus, manus & pes, est tuum iudicium, tua operatio, tuusque gressus. Si Dominus, ambos oculos, manus, & pedes, præciperet abscindere, & eruere, valde difficilia imponeret: ac cum mandat, vt iniquam conuersationem, ac familiaritatem vitemus, non impossibile, sed tolerabile, ac suauè tradit præceptum.

Non solum mandat Dominus manum, vel pedem scandalizantem abscindere, sed etiam addit, & proiice abs te: non solum præcipit, vt peccatum, seu peccandi occasio abscindatur; sed etiam & procul abiiciatur. Sic magnus ille prædicator Ioannes clamabat: Iam securus ad radicem arborum posita sit, Matth. 3. num. 10. Non ait, quòd securus applicata sit ad ramos, vel frondes tondendas, sed ad radices extirpandas, vt penitus peccati malum excindatur. D. Bernard. serm. 2. de Assumpt. Virg. An verò, inquit, aliud est, quam sicuti excrandas; si peccata superficie tenus radas, non intrinsecus eradices? Certus esto, quoniam pullulabit vberius. Excisam, non extirpatam, arborem in Sylua pullulare vides densiorem. Quod periculum si volumus declinare, securim ponamus, necesse est, ad radices arborum, non ad ramos.

Tandem Venerabilis Balduinus in Allegoriis Gotfride Tilm. ad præfentia verba: Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te. Sic ad contemplandum Venerabile Eucharistiæ mysterium subdit: Habet humana ratio oculum suum, habet Fides & suum. Oculus rationis quasi lippus est, & sæpe visibilia, & prope posita videre non potest. Oculus autem Fidei acutus est. Quo inuisibilia Dei intellecta conspiciuntur. Circa virtutem Sacramenti mens hebet, oculus rationis caligat. Tunc subicit: Si oculus tuus, inquit Dominus, scandalizat te, erue eum, &c. Hoc de oculo humane rationis non inconuenienter accipitur, qui pietati fides scandalum est unde & merito eruendus est: melius est enim, vnum oculum sane fidei habentem ingredi ad vitam, quam duos oculos habentem, alterum humane rationis, alterum fidei, mitti in gehennam ignis. Habet homo oculum humane rationis, & oculum fidei, cum ad Eucharistiæ Sacramentum accedit: oculus humane

EXPOSITIO VI.



DE T Dominas, quanto studio, ac diligentia sint scandala à nobis vitanda, fugiendique scandalizatores, etiam si instar oculorum, manuum, vel pedum sint charissimi amici, summèque coniuncti consanguinei, vt docent, D. Chrysofomus, Theophylactus, & alij citandi quæst. sequenti. Hanc eandem sententiam iam Dominus dixerat Matth. 5. num. 31. & 32. quæ à nobis iam sunt explicat a ibidem tom. 3. cap. 13. in exposit. num. 22. & 23. ibi videnda dicta. Repetit autem illa, tum fortè propter novos auditores, vt ait Abulensis quæst. 40. tum etiam propter grauitatem, ac necessitatem doctrinæ.

Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te. Cum hæc iam sint explicata citato loco, breuissimè dicam. Si manus tua, per tactum, vel per quancumque operationem; pes per gressum, seu per cursum, te scandalizat, hoc est, offendit te, ac ducit ad illicita, & peccata, abscinde eum, non est scilicet, o de membris materialibus corporis, vt late præcat Abulensis q. 41. sed de his, quæ sunt veluti membra, vt iam dixi ex Chrysofomo, Abscinde eum, hoc est, inordinatum vsum horum membrorum vitando amputa, & proiice abs te; separa nempe à te, seu longe fac à te vitiosos membrorum istorum actus: bonum tibi est, id est, melius, vt legit Vatablus; nam Hebræi carent comparatiuo. Et est sensus: melius est tibi, ad vitam æternam transire, debilem, vel claudum, illicitis actibus manuum, vel pedum in hac vita carentem, quam duas manus, vel duos pedes habentem, inordinatum vsum horum membrorum pro sua libidine habentem, mitti in æternam damnationem.

Et si oculus tuus. Hæc sententia ad idem spectat, quòd superior, eodemque modo exponenda: per oculum autem intelligitur vanus, ac impudicus aspectus, seu immoderata, ac illicita cogitatio: bonum est tibi cum vno oculo: id est, melius est tibi, cum moderato, ac reformato oculorum vfu ad æternam felicitatem ire, quam duos oculos habentem, eis ad libitum vtentem, & circumspectantem, in ignem æternum mitti.

QVÆSTIO XIV.

Quare Dominus non solum præcipit, manum, vel pedem, ac oculum abscindere; sed etiam proiicere?

DE R oculum, manum, vel pedem, non intelliguntur corporis membra naturalia, sed metaphoricè illa, quæ nobis sunt offendicula, & in damnnum spirituale vergunt. Origenes. Quòd Sacerdotes rationabiliter possunt dici Ecclesiæ oculi: quoniam speculatores habentur: Diaconi autem manus, quia per eos opera spiritualia geruntur. Populus autem pedes, quia sicut pes tendit, quòd oculus dirigit, sic populus debet in-

101 Chrysof. Amici, ac sanguinei improbi sciendi.

Theophyl. Euthym. Paschas. D Thom.

Hieron.

102. Caietan.

Dominus mandatum possibile, ac tolerabile.

103.

Matth. 3. Peccata dix euellenda. Bernard.

104. Balduinus. Gotfridus.

Exclusio rationis oculos cum fidei lumine ad Eucharistiæ Sacramentum accedit.

92. Theophyl.

93. Chrysof.

94. Origenes.

95. Chrysof.

96. Origenes.

97. Chrysof.

98. Chrysof.

99. Chrysof.

100. Origenes.